

novas Reformatorem, quos Maius vocat, molitiones abierat. Eato suo functus est pridie Dom. Reminiscere A. 1575.

Vngaro in munere Antistitis Schleusingae Fomannus iam recensitus successit, & Fomannum exceperunt caeteri, nunc afferendi in medium.

Illo autem, quod in serie Ephororum Schleusingensium mecum communicata deprehenditur, intervallo, ab A. 1561. usq; ad A. 1573., M. Christophorum Fischerum, Superintendentem Hennebergiae Generalem, Schleusingae quoque, quae ab Antistite expedienda erant, strenue confecisse, plane arbitror. Fuit Is Superintendens Henneb. Generalis ab A. 1555. usque ad A. 1574.; ope Ipsius & consilio perpoliri quoque coepit & consici Gymnasium nostrate; ab eodem Erotemata adhuc habemus festiualia in Usum Ecclesiarum & Scholarum Hennebergiae e s. p. Vidd. in vitam Fischeri, Dn. Mayer, Prof. Goetting., in Sched. de claris Fischeris, Schediasma meum de Hymnopoëis Hennebergicis p. 14, 15. & inprimis Dn. Olcarius in luculenta, quam explicationi Hymni Fischeriani, Wir dancken dir HErr Jesu Christ / 2c. scripsit, praefatione, in qua & vitam Aquilae ante dicti exhibet.

II.

ANDREAS FVLDA.

M. ANDREAS FVLDA, Salzungae natus d. 6. Ian. A. 1634., Magisterii lauream in Incl. ta Salana, & quidem omnium primus, impetavit d. 12. Iul. A. 1558., ibidemque paullo post, Anno scilicet 1560., Graecae Linguae factus est Professor

A 5

fessor